Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Inuocabunt nom meu sup filios israel: et ego benedicam eis. Quod apertius: illi inuocabunt. et ego benedicam: et tam sup eis diceret: sic benedicetis. S; illi erorando. ille largiendo. Ita ergo et ab oblatione diuum sacrificii: sacerdotes exhibet offerendi et supplicandi mynisterium: sed dis largitur benedictionis donum: p unum et uerum sacerdotem: p quem oblata scificat: et scificata accepta. Dicunt itaq; uti accepta habeas. et benedicas: ac sis supplicter dicant. Petimus ut hec spiritu tuo scifices. atq; ore benedicas: ut quod nre humilitatis geritur mysterio: tue uirtutis impleatur effectu. Quod autem subiungitur: hec dona. hec munera. hec sca sacrificia illibata: non aliud atq; aliud dicit: sed res una p siu magnitudine diuersa appellatione laudatur: et laudando cōmendatur: Que enim diuinis offeruntur: altaribus: et munera appellantur: sicut dnis in euangelio dicit. Si offeris munus tuum ante altare: et dona uel sacrificia dicuntur: sicut ostendit apls dicens. Omnis namq; sacerdos ex hominib; assumpt. pro hominib; constituitur: in his que sunt ad dm: ut offerat dona et sacrificia p peccatis. S; ut dictum est: ista sermonum repetitio tanti sacramenti commendatio. et pie deuotionis exercitatio: quia hec sunt uera sca. et illibata. id est inuiolata et contaminata sacrificia: quia nulla possunt digne uerba laudare: que in mysterio dnici corporis offeruntur: In cuius figuram hostie ille. ueteris legis immaculate ac sine ullo uitio uiciebantur offerri. Qualis solus inuentus est xpc sine ullo omnino peccato. sequitur: sacerdos et dic. In primis que tibi offerimus pro eccla tua sca catholica. q. pacificare. custodire. adunare. et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo papa nro. Sic omnino dignum fuit: ut inciperet sca oblatio. Vide lic. pro eccla di sca catholica. toto orbe terrarum diffusa. Ipsa enim uniuersitas sanguine dni. ipsa enim heredi redempta